Rozprawy

do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złt.

Książka dezynfekowana

Po przeglądnięciu
umyć ręce

Carolus Gustavus 17 *r)* S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 *s)* Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

Paulli Jacob Henrik 19 *t)* Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 *u)* Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

Frischmann Johann 21 *v)* Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 *y)* S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

Frischmann Johann 23. *z)* Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 *aa)* Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 *bb)* Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 *cc)* Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

Frischmann Johann 27 *dd)* Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 *ee)* Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29. *ff)* Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30. *gg)* Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

Rapp Christoph 31 *hh)* Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 *ii)* Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

Frischmann Johann 33 *kk)* Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 *ll)* Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam oblata Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 6)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1651. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallico juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. Regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. –

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. **Pękalski** Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epis. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. **Peterek** Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, przez J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl.) br. —

1775. **Petricius** Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77) *b)* Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. –

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. –

1777. **Piasecki** Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac p[o]ten-
1 tiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos con[f]ecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casell. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischman Johan 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 16[5]8. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 165[8]. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmann Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. [b.] m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, pri-mum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussio-nis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conjecta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungariae.

is Poloni In.
isky Castell.
explicat, quid
cis. Custini

ncto pacis et
)

licum. b. n.

o. m. 1653.

io in Epis.

Dioec. P-
tia, in Or.
niae 165.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe

electorii. b

bina, pri
d collegium

discussio-

et Regem

PACIFICATIO RATISBONENSIS

INTER

SACRAM CÆSAREAM MAIESTATEM ET REGEM FRANCIÆ CHRISTIANIS-SIMUM.

Die 13. mensis Octobris Anno 1630.

Conclusa atq; firmata.

POSTQUAM SANCTITAS Sua, tanquam Pastor universalis Ecclesiæ & pater Communis Christianorum Principum, bello in Italia exorto, occasione controversæ successionis utriusq; Ducatus Mantuæ & Montisferrati apud Augustissimum Romanorum Imperatorem, Regesq; & Principes quorum armis ibidem concertabatur, officia sua quam diligentissimè & efficacissimè interposuisset, ut supradicta de causa, motas inter ipsos controversias amicis tractatibus componi sopiriq; permitterent; hinc est quod Majestas Sua Cæsarea & Rex Christianissimus pro se & nomine utrinq; adsistentium, permoti, non minus reverentiâ Sanctitati Suæ debitâ, quam desiderio quietis & Pacis universalis stabiliendæ, attentis quoq; officijs perquam diligentibus & reiteratis ad hanc pacem & quietem publicam conciliandam per Collegium Electorale & per magnum Ducem Hetruriæ interpositis, in subsequentes articulos pacis, mutuo consensu firmatos, condescenderint.

I.

Primo, quod Rex Christianissimus promittit, quod Romanorum Imperatorem, Sacrum Romanum Imperium ejusve Status & Ordines, aut Regna, Ditiones atq; Provin-

cias Majestatis Suæ hereditarias, neq; per se, neq; per alios directè aut indirectè vel alio quocunque modo offendet, neq; Rebellibus vel inimicis Majestatis Suæ Cæsareæ Sacriq; Imperij, qui nunc sunt, aut aliquando declarabuntur, ope, consilio, pecunia, armis, commeatu vel quavis alia ratione assistet, quin potius illos ad æquitatem, respectum & obedientiam debitam adhortabitur. Vicissim etiam Romanorum Imperator promittit, quod Regem Christianissimum, Regnum Galliæ, omnesq; ipsius Regis Status, Ditiones atq; Provincias, &c. neq; per se, neq; per alios, directè aut indirectè, vel alio quocunq; modo offendet, neq; Rebellibus vel inimicis Regis Christianissimi illiusq; Regni, qui nunc sunt, aut aliquando declarabuntur, ope, consilio, pecunia, armis, commeatu, vel alia quavis ratione assistet, quin potius illos ad æquitatem, respectum & obedientiam debitam adhortabitur.

II.

Ad sedandam verò tempestatem bellicam, in Italia excitatá propter controversam in utroq; Ducatu Mantuæ & Montisferrati successionem, cum vel maxime necessarium sit, prætensionibus illorum, qui sua interesse putant, inprimis & ante omnia consulere, Majestas Suæ Cæs. declarat, & placet Regi Christianissimo, Duci Sabaudiæ, pro omnibus suis prætensionibus, quas habere posset super Ducatu Montisferrati aut alijs, si, & prout inter Ducem Sabaudiæ & Ducem Carolum Gonzagam Nivernensem ultimo in Italia tractatum & conclusum, neq; ab illo tempore revocatum fuit, Trinum & alia loca in dicto Montisferrati Ducatu sita, adsignanda esse, quorum redditus annui stabiles & antiqui, ascendent ad summam octodecim millium scutorum

torum, quæ loca ſpecificari & æſtimari debebunt in Italia, mediantibus Comite Collalto Plenipotentiario, aut alio Majeſtatis Suæ Cæſareæ Commiſſario & Regis Chriſtianiſſimi Deputatis, qui etiam de qualitate & antiquitate reddituum ſtabilium ut ſupra adſignandorum, & de valore & qualitate dictorum ſcutorum, num aurei, vel aurei in auro, vel alij eſſe debeant, niſi jam cum inter partes convenit, ipſas concordabunt.

III.

Quoad prætenſiones Duciſſæ Lotharingiæ condeſcendit Majeſtas Sua Cæſarea, ne propterea Tractatus Pacis impediatur, aut retardetur, illas ad amicabilem compoſitionem vel Proceſſum Compromiſſi, utriuſq; partis conſenſu inſtituendum, aut verò ad judicialem Majeſtatis Suæ Cæſareæ cognitionem & deciſionem, actis prius communicatis cum Principibus Electoribus Imperij & illorum voto audito, intra ſemeſtre proximum, à data Inveſtituræ computandum, ſecuturam, remitti debere, & ut proinde neutra ex parte juralite pendente alienentur aut transferantur. Obligatus autem erit Dux Carolus Gonzaga, juxta leges & conſtituiones Imperiales in ejuſmodi caſibus ſancitas, ut citra oppoſitionem vel tergiverſationem ijs omnibus accuratè ſatisfaciat, quæ vel per Compoſitores amicabiles fuerint terminata & à partibus acceptata, vel per Compromiſſarios, vel tandem per ſententiam judicialem Duciſſæ Lotharingiæ attribuentur vel adjudicabuntur, quibus utraq; pars ſtare tenebitur: Quin potius ſi dictus Dux Carolus præter opinionem aliter faceret, executionem Cæſaream abſque ullius impedimento expectabit, neq; hanc ob cauſam Pax hæc ullo modo infringetur.

IV.

Duci autem Guastallæ, ut omnibus prætensionibus suis ad Ducatum Mantuanum, in favorem Ducis Caroli ejusq; lineæ masculinæ renunciet, Majestas Sua Cæsarea attribuit annuos redditus scutorum sex millium, vnumquemq; computando & reducendo ad justum valorem duorum florenorum Rhenensium, quorum singuli valent sexaginta cruciferos sive carantanos, pro quorum solutione illi assignabitur, cum omni superioritate & jurisdictione, uti prædecessores olim Mantuæ Duces possidebant, una aut plures ex terris sequentibus, nimirum Dosolo, Luzzara, Suzara, & Reggiolo, usq; dum redditus illarum supradictam summam conficiant, Ita, ut si una terra non sufficiat, successive duæ, tres, vel omnes quatuor illi adsignentur. Ad removendam verò & superandam omnem difficultatem, utraq; pars confidentem aliquem nominabit, & Majestas Sua Cæsarea deputabit Comissarium suum Imperialem Ducem Parmensem, & per Ministrum aliquem prudentem & discretum, neutri suspectum, sed, quoad fieri queat, utriq; gratum, terras illas, juxta morem patriæ, computatis in supradictam summam fructibus & redditibus ordinarijs & stabilibus, tam feudalibus quàm allodialibus, & cujuscunq; generis, & habitâ ratione pretij differentis quoad redditus feudales & allodiales, & cujuscunq; generis æstimari, & dictum Ducem Guastallæ in unius vel plurium supradictarum terrarum possessionem introduci faciat. Quantum verò ad supradicta bona allodialia, ea talia esse debebunt, ut supradictis saltem terris inclusa, neque creditoribus ullis obnoxia, neq; ad hæredem allodialium pertinentia, neq; ulli alteri supposita,

 sed

sed omnino franca & libera esse debeant. Casu vero quod in una alterave terra Duci Guastallæ assignanda, redditus supradictæ summæ quantitatem in aliquo excesserint, illud residuum, unà cum superioritate proportionabiliter ad Ducem Carolum pertinebit.

V.

Majestatis Suæ Cæsareæ gratiam dictus Dux Carolus in scriptis, juxta formam submissionis & deprecationis conventam, sibi conciliabit.

VI.

Atque tum, ad decentem Ducis Caroli flagitationem per Plenipotentiarium sufficienti mandato instructum, & ad intercessiones Sanctitatis Suæ Regisq; Christianissimi pro ipso in scriptis interponendas, Majestas Sua Cæsarea ex gratiâ & clementiâ suâ Imperiali utriusq; Ducatus Mantuæ & Montisferrati Investituram illi intra sex hebdomadas à data præsentium concedet; intra quem terminum non solum quæ partibus, ut supra sunt adsignanda, inter ipsas mediantibus Commissarijs deputatis & confidentibus ut supra, omnino terminari & effectuari debebunt; sed etiam si illæ partes inter se non conveniant, Commissarij Imperiales propria auctoritate in possessionem illas mittent earum rerum, quæ illis adsignandæ sunt, In eum autem insperatum eventum, quod ex parte Commissariorum inevitabili aliquo impedimento, aut alio quovis obstaculo interveniente, ante lapsum sex septimanarum, supradicta decidi & terminari non possint, tunc investitura immediatè, & possessio juxta articulos IX, X. & XI, Duci Carolo dabitur; post concessam autem Investituram intra dies XV, ad summum Commissarij Imperiales

partibus

Partibus videlicet Ducibus Saubaudiæ & Guastallæ, consignanda ipsis omnino & absq; ulla ulteriori morâ & dilatione consignare, & eas in possessionem mittere tenebuntur.

VII.

Cujus Investituræ vigore Majestas Cæsarea ipsi Duci uti ex tunc investito & fideli Vasallo protectionem suam Imperialem quibuscunq; modis & medijs impertietur adversus omnes, qui ipsum contra tenorem Investiturarum concessarum, & in consequentiam hujus ultimi belli armis, vi, & de facto infestare præsumerent.

VIII.

Porro quam primum hic tractatus pacis hîc in aula Cæs. à Commissarijs utrinq; deputatis fuerit subscriptus, & in Italia Generalibus hinc inde armorum Præfectis notificatus, actus hostilitatum omni ex parte cessabunt.

IX.

Post Investituram utriusq; Ducatus Mantuæ & Montisferrati Duci Carolo Gonzagæ datam, S. Majestas Cæs: intra dies quindecim proximè secuturos, vel intrà terminum in Italia, partium consensu quamprimùm determinandum, omnes suas copias militares ex Italia abduci faciet, præterquam è Civitate & fortalitijs Mantuæ atque Caneto, super flumine Oglio, si sibi videbitur oportunum, vbi præsidium conveniens relinquere poterit, relictis cæteris locis in dicto Ducatu Mantuæ sitis, in dispositione plena & liberâ ipsius Ducis Caroli. Eodem autem tempore, Regis Catholici omnes copiæ militares è Civitate & Castro Casalensi, totoq; Ducatu Montisferratensi ac Principatu Pedemontano deducentur; Pari passu & sub idem

tempus

tempus Rex Christianissimus omnes copias suas militares è fortalitio Casalensi, omniq; Monteferrato, Pedemontio, Sabaudia, totaq; Italia abducere debebit; præterquam è Pignarolo, Bricaras, Susa & Avigliana, quibus in locis conveniens præsidium, uti supra, disponere atq; tenere poterit, relictis cœteris locis in dicto Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontano in plena libera dispositione Ducis Sabaudiæ. Dux Sabaudiæ pariter è Monteferrato omnem militem suum dimovebit, præterquam è Trino; quod illi, juxta pacta conventa manet appropriatum, & in eo statu quo nunc est, etiam quoad fortificationem permanebit. Et omnes supradicti ita armorum suorum rationem instituent, vt, in consequentiam hujus belli, sibi invicem sinistrarum suspicionum rationabilem occasionem nullo modo relinquant.

X.

Civitas inde, Castrum & fortalitium Casalense, aliaq; loca Ditionis Montisferratensis, exceptis Duci Sabaudiæ ut supra assignatis, antedicto Duci Carolo restituentur, quæ præsidijs convenientibus, & ab ipso tantummodo dependentibus, & prout antecessores ejus Montisferrati Duces consueverat, & ut in consequentiam hujus belli sinistrè suspicandi occasio apud vicinos evitetur, munire poterit: Casu verò, quod in Italia inter supremos hinc inde militiæ Præfectos, circa demolitionem fortalitij Casalensis, aliud quidpiam ante subscriptionem hujus Tractatus stabilitum, conclusum, & signatum esset, hoc ipsum, supradicto articulo non obstante, ratum, firmum, & inviolatum manebit.

 XI. Qui

XI.

Quibus omnibus executioni mandatis, & militia omni ex parte supradicto modo educta, Majestas Imperialis vigore Investituræ Civitatem Mantuam, & Castellum Porto, cum omnibus ejusdem fortalitijs, nec non Caneto super flumine Oglio, consignari faciet ad manus Ducis Caroli; & abducto inde milite suo Præsidiario, ejusdem liberæ atq; totali dispositioni permittet. Prout quoq; Rex Christianissimus, eodem tempore, educto milite suo præsidiario, restituet Pignarolum, Bricaras, Susam & Avi-glianam, quæ venient in possessionem, & liberam dispositionem Ducis Sabaudiæ, destructis simul & demolitis omni ex parte fortificationibus in supradictis locis occupatis noviter exstructis.

XII.

Hisce prævijs declarat Majestas Sua Cæsarea ad effectum hujus Pacis, & in vim promissionis jamtum Grisonibus factæ, quod Passus in Valletellina totaq; Rhetia occupatos, & loca atq; fortalitia suo milite munita quam primum deseret, & in statum pristinum, quemadmodum ante hos motus bellicos erant, restituet, novasq; fortificationes demoliri quamprimum faciet, eâ tamen conditione, ut à nullo, sub quocunq; etiam colore vel prætextu occupentur aut fortificentur, salvis etiam quoad hunc articulum juribus, Tractatibus, & Pactis conventis quorumcunq;.

XIII.

Ad executionem supradictorum magis assecurandam, Cæsarea Majestas, & Rex Christianissimus hinc inde obsides dabunt, ejusdem qualitatis, ad manus Sumi Pontificis, aut Magni Ducis Hetruriæ, vel alicujus Principis in

Germa-

Germania Catholici, qui illos, donec antecommemorata fuerint adimpleta, & dum passus supradicti apud Grisones, & in Rhetia fuerint restituti, decenter haberi & custodiri jubebit; & pollicebitur, ei qui satisfecerit promissis, suos obsides se restituturum; illius verò, qui satisfacere ob temporis brevitatem nondum potuerit, obsides sese retenturum, usq; dum sibi incumbentia plenè fuerit executus. Quod si vero alterutra partium, mala fide pactis stare noluerit, tunc illius Obsides in manus alterius consignabuntur. Pertinebit autem ad supremos Officiales bellicos in Italia, & ad illos remittetur, ut de personis Obsidum hinc inde dandorum, & ad cujus manus ex prædictis sint consignandi inter se concludant, vel si quid aliud circa hoc particulare magis securum & oportunum statuere potuerint, hoc ipsum ratum firmumq; erit.

XIV.

Insuper perquam diligenti requisitioni Regis Christianissimi, id quoq; tribuit Majestas Cæsarea, quod Respublica Veneta Pacis hujus beneficio frui atq; gaudere valeat, eiq; bello præsente usq; ad executionem hujus Tractatus occupata restitui debeant, neq; futuro unquam tempore, occasione illorũ, quæ hoc bello contigerunt, molestari possit; Dummodò quoq; Respublica promittat, quod Majestatem Suam Cæsaream, Sacrum Romanum Imperium, ejusvè Status & Ordines, nec non Majestatis Suæ Cæsareæ Ditiones & Provincias hæreditarias, occasione hujus belli nullo modo offendet. Item quod Respublica quoq;, eodem ut supra tempore copias suas militares abducet, & militiæ suæ rationes ita moderabitur, ne in consequentiam hujus belli, ulli vicinorum suspicandi ansa relinqua-

linquatur; Casu verò quod in Italia, inter supremos hinc inde militiæ Præfectos, circa Venetorum exclusionem ab hoc Tractatu, aliud quippiam ante subscriptionem præsentis Tractatus stabilitum, conclusum atq; signatum fuerit, hoc ipsum, supradicto articulo non obstante, ratum, firmum, & inviolatum manebit.

XV.

Et ut Pax hæc universalis inter Sacram Cæsaream Majestatem, & Regem Christianissimum stabilita, tantò sit securior, Deputati autem Majestatis Suæ Cæsareæ allegaverint superesse differentias & innovationes factas in territorijs Civitatum & Episcopatuum Imperialium Meten: Tullen: Verdunen: circa Abbatiam Gorzensem, aliosque ibidem occupatos passus, loca & feuda Imperialia, unde novi motus facilè pullulare possent, de hisce verò particularibus, neq; se instructum, neq; notitiam habere Orator Regis Christianissimi responderit, visum fuit Majestati Suæ Cæsareæ expediens, ut Commissarij ab utraq; parte intra certum terminum, & ad certum locum destinentur, qui de omnibus illis amicabili tractatione componant: interim verò declarat, ut nihil ulterius contra jura Imperij illis in partibus attentetur, aut alibi de feudis Imperialibus tractetur, sive componatur. Postmodum instante Oratore Regio, pro abducendo milite à Confinibus Franciæ & pro demoliendo fortalitio noviter in loco Moijenvvick exstructo, cum Majestatis Suæ Cæsareæ deputati respondissent, dictum fortalitium in Moijenvvick Imperatoris jussu in fundo Imperij, omni jure permittente exstructum, ac proinde præsidio conveniente munitum remanere debere, insuper urgerent potiùs de-

moliri fortalitium ex parte Gallorum in Civitatibus Imperialibus Virdunensi, & Metensi, & quæ id genus similia illis in locis exstructa, fortificata, & occupata fuissent, in integrum restitui. A parte verò Oratoris Gallici fuisset replicatum, fortalitia illa prædicta, si quæ sunt, legitimè fuisse exstructa, aliaq; omnia à Deputatis Cæsareis allegata nullam conquerendi justam occasionem continere; insistere verò se in prima sua instantia pro demolitione antedicti fortalitij in Moijenvvijk, contra voluntatem & consensum Episcopi Metensis in ejusdem territorio ab Imperialibus noviter exstructi; & Majestatis Cæsareæ deputati priora sua repetijssent, & declarationem Imperatoris allegassent, quod fortalitium in Moijenvvik ibidem manere, & conveniente præsidio Imperiali muniri debeat, usq; dum in Conferentia super controversijs prædictis instituenda, aliud quid ordinetur, supradictis allegationibus insistens, Orator antedictus subjunxit; de Conferentia istiusmodi instituenda nihil se quidem in mandatis habere, neq; de mente sui Regis sibi constare, velle autem absque mora & perquàm diligenter se perscribere, ut super illis omnibus particularibus peculialiter instruatur; utrinq; autem convenit, ut à Confinibus hinc inde Militia abducatur, nec propter hæc omnia effectus hujus Pacis ullo modo impediatur, aut imposterum interturbetur.

XVI.

Et cum etiam Dux Lotharingiæ, occasione hujus ultimi motus, in sui Status conservationem Militem conscripserit, placuit Majestati Suæ Cæsareæ, & Regi Christianissimo, ut idem Dux, cum suis Ditionibus atq; Provincijs, in hoc Tractatu Pacis quoq; comprehendatur, neq;

ullo modo vel ratione, â quoquam offendi, vel molestari possit aut debeat, dummodò nec ipse quenquam offendat, & utrinq; in illa viciniâ, ea militiæ ratio instituatur, ut nulla suspicionis sinistræ occasio rationabilis cuiquam relinquatur.

XVII.

Amnistia erit generalis & reciproca, pro omnibus Principibus, & alijs quibuscunq;, qui in hoc bello pro vna alteràvè parte militârunt, aut operas suas quocunq; modo impenderunt, qui omnes Bonis suis immobilibus, prout ea nunc sunt, nec non in pristinum statum honoris, dignitatis, & jurium restituentur, neq; minus restitui debebunt omni ex parte pristinis suis Dominis, quæcunq; bona immobilia, turbis & motibus hisce bellicis durantibus, ad illos pertinentia aut devoluta, sub quocunq; prætextu confiscata, & alijs attributa, aut assignata fuissent. Et restitutio quoq; Captivorum omni ex parte gratuitò fieri debebit absq; omni reservatione; & prout Duces Militiæ ratione expensarum inter se convenerint.

XVIII.

Quod si verò ab eo tempore, quo sæpedictus Regis Christianissimi Orator in hac Aula Cæsarea tractare cæpit, in Italia inter supremos Militiæ Præfectos sufficiente Mandato instructos, aliud quidpiam per perfectum, & integrum Pacis Tractatum fuerit conclusum, stabilitum, atq; subscriptum, antequàm hic Tractatus â Commissarijs utrinq; Deputatis firmaretur, illud ipsum in Italia conclusum, stabilitum atq; subscriptum, ratum, firmum, & inviolatum habebitur, Econtra si nihil illo tempore in Italia

supra-

supradicto modo conclusum, & subsignatum fuerit, huic Tractatui in omnibus & per omnia utrinq; stabitur.

XIX.

Atq; hæc omnia & singula Majestas Sua Cæsarea & Rex Christianissimus sibi invicem in verbo Imperali, & Regio optima fide reciprocè promittunt; Ita quidem ut Majestas Sua Cæsarea pro se, Rege Hispaniarum Catholico, & Duce Sabaudiæ assistentibus suis: Rex verò Christianissimus nomine suo polliceatur omnia & singula supradicta, & in hoc Tractatu contenta sincerè & inviolabiliter observatum iri.

XX.

Et in fidem præmissorum omnium præsentis Tractatus duo Exempla ejusdem planè tenoris expedita, & tam à Deputatis Majestatis Suæ Cæsareæ Consiliarijs, & Plenipotentiarijs Antonio Abbate in Krembsmünster, Majestatis Suæ Cæsareæ Consiliario Secreto, &c. Ottone Libero Barone à Nostitz in Falckenavv, &c. ejusdem Majestatis Suæ Camerario Consiliario Imperiali Aulico, & Regni Bohemiæ ViceCancellario, & Hermanno Libero Barone à Questenberg in Coleschavv, &c. itidem Majestatis Suæ Cæsareæ Consiliario Imperiali Aulico, quam ab Oratore & Consiliario Status Regis Christiastissimi Carolo de Leon Brulard, &c. vigore suæ Plenipotentiæ, ejusq; Adsistente P. Josepho Capuccino fuerunt subscripta. Ratisbonæ, die 13, mensis Octobris Anno Domini M. DC. XXX.

1. Pax pax polono-svecica Olivæ d. 3 Maja 1660
2. pax Germano-svecica Monasterii Westphalorum 24 pacis 1648.
3. Pannonia perorata etc p Joh: Wolff 1652
4. De sacra corona regni Hungariæ ortu etc Petri de Reva 1652